

QUESTIONVM SVPER IOSVE

G potest vtrum angelo se prostauerit, eumq; dixerit, dominum, an potius intelliges a quo missus fuerit, ipsum dominum dixerit, et q; se profrauerit. Erat autem, sicut legitur, Iesus in Hiericho, non vtiique in ipsa ciuitate, cuius muri non dum ceciderant, quod mox futurum erat vt in eam possent intrare, sed in agro ad eam pertinente: nam interpretatio, quae est ex Hebreo, sicut habet.

VIII. In eo quod factum est ut Achan de tribu Iuda furaretur de anathemate ciuitatis Hiericho contra praeceptum domini: & propter ei⁹ peccatum tria milia, que missa fuerant in Hæ, deducunt terga hostibus: & occisi sunt ex eis triginta sex viri, & populo grauiter territo, Iesus cum senioribus le profrauit ad dominum, eisq; responsum est, ideo factum est, quod peccauerit populus. Minatus est etiam deus non secum eis futurum, nisi abstulerint anathema de se ipsis: & quod offendens est qui fecerat: nec solus occisus est, sed cu⁹ omnib⁹ suis: Quæri solet quomodo iuste pro alterius peccatis in alijs vindicetur, maxime quia in lege dominus dixit, nec patres pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos. An aliud iudicantibus hominibus est præceptum, ne quenquam pro altero puniant: & dei iudicia non sint eiusmodi, qui alto & inuisibili

H consilio suo nouit quatenus extendat etiam tempore hominum poenam, salubreme terrorē. Non enim aliquid duri, quantū attinet ad vniuersi mundi administrationem, contingit mortalibus cum moriuntur, quandoque morituri: & tamē apud eos qui talia metuunt, disciplina fanicur, vt non se solum quisque curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vniuersi corporis & vniuersi hominis alia pro alijs sint membra sollicita. Nec tamē credendum est etiam penitus, quæ post mortem irrogantur, aliun pro alio posse damnari: sed in his tantum rebus hanc irrogari peccatum, quæ finem fuerant habitura, etiam si non eo modo finirentur. Si simul etiam ostenditur quanta connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singulis, sed etiam tanquam partes in toto existimetur. Per vniuersum igitur peccatum mortale paucorum ad monitus est populus vniuersus, tanquam in corpore vniuerso querere quod amissum est. Simul etiam significatum est quantum malum fieret, si vniuersa illa congregatio peccasset, quando ne vnius quidem ita potuit iudicari, vt ab eo possent cæteri esse securi. At vero si Achan ab aliquo inuentus atque comprehensus, & illius criminis reus ad iudicium

I. Iesu fuisset adductus, nequaquam putandum est hominem iudicem vel pro illo vel cum illo quenquā alium, qui societate facti⁹ minime teneretur, fuisse puniendum. Neque enim ei mandatum legis libebat excedere, quod datum est hominibus, ne iudicio sui quod in hominem homini iussum sive permisum est, alterum pro alterius peccato arbitretur esse pœnendum. Longe autem secretriore iustitia iudicat deus, qui potens est etiam post mortem, quod hominon potest, liberare vel perdere. **VII.** Inuisibilis igitur afflictiones hominum sive mortes, quoniam his quibus ingeruntur, & obesse & prodesse possunt, non nullus dominus in occulto prouidentia sive quemadmodum iuste quibusque dispenset, etiam cum aliorum peccata in alijs videtur viciſci. Poenas vero inuisibilis, quæ non nisi nocent & prodesse non possunt, ita nullus deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut hominem iudice luere nullus nisi pro sua culpa istas visibilis debet. Hoc enim præcepit homini iudici deo, in his quæ ad humanum iudicium pertinent iudicanda, quod in suo iudicio facit ipse, quod potest non aspirat humana. Merito queritur cum dominus propter illum, qui de anathemate furtū fecerat, præcepit eum, qui fuisset ostensus, igni cremari, cur enī

ostensum Iesus lapidari potius à populo fecerit. **An K** ita eum mori oportuit, quemadmodum Iesus, qui prius dominum sequebatur, verba iubetis intelligere potuit & Sic enim alias quisquam non facile potuit. Vnde magis querendum est, cur lapidationem ignem appellauerit dominus, quam credendum Iesum aliud fecisse quam iussit dominus. Nā neque ad intelligendum verba domini quicquam potuit esse sapientior, neque ad faciendum quicquam obedietior. Proinde ignis nomine poenam potuisse significari, scriptura testis est i Deuteronomio, ubi **Deut. 4.** dicitur ad filios Israël, Et eduxi vos de fornace ferrea ex Aegypto, vbi vtiique duram tribulationem intelligi voluit. Dux autem mihi cauæ occurrit, nō vt ambæ sint, sed vt altera ex eis, cur non ille cu⁹ suis omnibus evidenti igne cremat⁹ sit. Si enim peccatum eius dominus tale esse iudicauit, quod supplicio illo expiatum non puniret in æternum, propter ipsam expiationem & purgationem congruenter illa poena ignis nomen accepit. Neque ad hunc intellectu quicquam tèdere admoneretur si eum proprie visibilis ignis exureret, sed in eo quisque remaneret quod aperte videbat impletum, nec aliquid ultra quereret. Nunc vero cum propter dei verba, & factum Iesu à quo prævaricari illa verba non possent, **L** rectissime dicitur etiam lapidationem ignem fusile, eleganter agnoscit illa poena hominem, ne in posterum peccato illo interiret, fusile purgatum. Quod significant etiam vasa in Lævico, quæ iubentur igne purgari. Si autem tale fuit illi peccatum, propter quod eum etiam post istam vitam gehenna suscipere, deo Iesus eum volunt lapidari, vt quod ab omnino dictum est, signi cremabitur, illud admoneret intelligi quod dominus faceret, nō quod ab ipsis esset faciendum. Si enim dixisset dominus, igni eum cremabitur & omnia eius: huic sensu locus nullus est. Cum vero ita positum est, vt magis videatur deus quod ei futurum esset prædictissime, quām quod ei ab hominibus deberet fieri præcepisse, melius non potuit facere Iesus qui diuina verba sicut tatus Prophetæ intellexit, qui etiam hoc ipsum prophete fecit, quām vt illum lapidibus potius quam flammis interimeret, ne in illis ignibus verba domini videarentur iplete, quæ ob aliud dicta volebat intelligi. Nec mouere debet, quod non ipsum tantum, sed etiā oia quæ sunt eius, deus cremanda igni prædixerit. Sic enim ait, Igni cremabitur, & omnia quæcumque sunt ei. Omnia enim quæcumque sunt ei, opera eius possunt intelligi quæ cum illo dicit concramenda: non sicut **M** dicit Apostolus de quibusdam operibus igne con*1. Cor. 3.* sumptus, ipse autem saluus erit. Si huius peccatum ita intelligendum est, vt etiam æterno igne puniatur filios eius & filias cum pecoribus & omnib⁹ quæ habebat, populus quidem cum eum puniret simul lapidibus obruit: non tamen hoc iudicio humano, sed prophetico spiritu fecit Iesus: sive ita intelligens, omnia quæ sunt ei, vt nec filios censeret exceptos, lapidationis etiam poenam pro igne ingenerat: sive opera eius quæ post mortem deus in illo fuerat creatus, non solum per cætera quæ illi erant, veri etiam per filios eius significans. Nec ideo sancti credendum est eos pro peccato patris, à quo innocentes erant, etiā post mortem supplicio inferni ignis incensos. Mors quippe ista quæ omnes manet, quam de primo peccato veniat, tamen quia ita nastifimus vt necelaria moriendum sit, accelerata quibusdam est utilis. Vnde legitur de quadam Raptus **Sap. 4.** est ne malitia mutaret intellectum eius. Quo ergo iudicio dei, vel misericordia, fuerit irrogata sive filii eius, sive illis trigintalex viris, cum omnes ab eius peccato alieni fuerint, latet apud eum apud quem non est iniurias. Verum illud in promptu est,